

Nr. 43.

MERCURIU, 28. OCTOMVRIE

1853.

Documinte vechi
pentru istoria națională Transsilvana.

Cateva documinte istorice din colețiunea Drui Comite Iosifu Keméni, despre care se cuvintase în Nr. alu Foiei din a. c. se trecuia aici ca o probă de ceea ce ar trebui se facă cineva adunând materialuri mai nainte de a se apuca de scrierea istoriei Transsilvane și românești. Celu care cunoște tindința de mai nainte a istoricilor Transsilvani de a retacă pe români său de ai memora numai cu desfaimă și inferndu-i, de ale abnega prezentia în acăsta patria pana catre secolul al 16., de ai descrie totu numai de sclavi și inca sclavi rebeli s. a. s. a., va sci cumpani și valoarea acestor documinte.

PRIVILEGIALES

Andreae II. Equitibus Ordinis Teutonici in Ultrásylvania constituti elargitae. 1212.

In nomine sanctae Trinitatis, et individuae Unitatis, Andreas Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriaeque Rex in perpetuum. Amplioris beneficium libertatis a Regia liberalitate congrue merentur percipere, qui se Regiae mansuetudini sponte sua subjiciunt, et quorum labor Regno commodum, et oratio assidua pie creditur vitam perpetuam obtinere. Favorabili itaque desiderio Fratris Theodorici cruciferi hospitalis S. Mariae de Acuron, quae quondam fuit in Jerusalem, Regio favore condescendentes, sibi et fratribus constitutis in terra ultra sylvas, quam eis ad custodiendum confinium*) ibi contulimus, talem, et tantam con-

cessimus libertatem, quod nullus Ministerialium ultra sylvas terram eorum intret, vel praesummat eos in aliquo molestare; sed dicto Fratri Theodorico, et sibi succendentibus tantum dent numularii de nova moneta pro argento, quod sufficiat populo ibi conversanti, et ne populus ibi habitans ab eis in aliquo gravetur; dictus frater Theodoricus, vel quicunque Magister in loco eius fuerit, pro argento illō dictis numulariis satisfacere, et respondere tenetur; eo quod ipsi in confinio illo tamquam novella plantatio sunt positi, et assiduos cumarum*) patientes insultus, ne pro Regno tamquam firmum propugnaculum de die in diem morti opponere non formident. Et ut istud ratum, et firmum permaneat, praesentem paginam, sibi jussimus sigilli nostri charactere insigniri. Datum per manus Thomae albensis Praepositi, et totius Hungariae Cancellarii. Anno ab Incarnatione Domini MCCXII. Venerabili Joanne Strigoniensi Archiepiscopo Reverendo Bertholdo Colocensi Archiepiscopo, et Wajvoda existentibus. Calano Quinque eclesiensi, Catapano Agriensi Wilhelmo Transylvano, Roberto Vesprimensi Ecclesias feliciter gubernantibus. Banco Palatino, et Posoniensi comite, Martino Bano existentibus, Jula Bachiensi, et curiali Comite, Andrea Budrigensi, Micone Bihoriensi Comitibus Regni nostro anno octavo.

Has Privilegiales confirmavit Gregorius IX. Anno 1231. Edit. Seyvert Ungr. Magaz. T. IV. p. 222. Gesch. des Deuts. ord. in Siebenb. von Grafen Betlen p. 74. Fejér C. D. T. III. vult. p. 116.

*) I. e. Valachorum.

*) I. e. in Barcia.

ANDREAE REGIS

Donationales super villa montis Sancti Michaelis (cuius metae describuntur) pro Abbattia de Kercz: de 1223.

In nomine Sanctae Trinitatis, et Individuae Unitatis. Andreas Dei Gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriaeque Rex in perpetuum. Quum quaelibet iusta petitio apud Regiae Serenitatis Excellentiam sit admittenda, illa maxime mereri censetur obtin-

em, quae ab animo Divinitus inspirato procedens praecedit velle potentis, largiendo terrena, lucrari Coelestia, et temporalibus Institutis aquirere semper ita. Hinc est, quod universorum notitiam tenore praesentium volumus pervenire. Quod cum fidelis, ac dilecto Clerico nostro *Magistro Cocelino* propter indecidue fidelitatis obsequia Montem St. Michaelis *) cum Ecclesia, et terra sibi pertinente in Ultrasylyvanis partibus, quem de Zebiniensi Ecclesia in concambium terrae Borotnik **) receperamus eodem jure libertatis, quo nos obtinueramus, libere ac pacifice, jure perpetuo possidendam, per fidem nostrum *Pousam filium ceci Eliachim* contulissemus. Postmodum processu temporis Divinitus sibi inspirante pro remedio animae suae intuitu aeternae retributionis, qua Unusquisque generaliter indiget, Monasterio de Keretz ***) contulisset, accedens ad nostram presentiam, multa precum postulavit Instantia, quod Donationi suae assensum praeberemus, et Privilegio Regiae autoritatis confirmaremus. Cum igitur Regiae Majestatis intersit, cujusque jura integre conservare, et piis dispositionibus autoritatem impendere, justas eiusdem petitiones, et optimam intentionem considerantes, favorem adhibuimus condignum. Praenominatum itaque Montem, simul cum Ecclesia, et terram cum suis pertinentiis eodem titulo libertatis, quo iam dictus Magister Cocelinus per nos possederat in presenti pagina adnotatam fecimus autoritatem Nri. Privilegii perennari, praememorato Monasterio jure perpetuo possidendam. Prima meta terrae Montis S. Michaelis incipit ab oriente in pede Alpium, et descendit per torrentem descendantem ab ipsis alpibus

versus villam Ruetel *) metis assignatis secus rivulum, usque ad viam, quae dicit de ipso Monte ad villam Ruetel, inde transit ipsam viam, et ascendit per quamdam viam usque ad metam, quae dividit territoria de *Villa Hermanni* **) et de *Villa Ruetel*, inde tendit sub pede Montis *Vinearum de villa Hermanni*, et per quamdam semitam, quae dicit ad *Insulam Christiani* ***) usque verticem Montis Nemorosi, et per ipsam verticem ascendit iterum in alpes versus occidentem, et ibi terminatur. Item etiam confirmamus in praesenti privilegio *terram quam prius eidem Monasterio contuleramus* exemptam de Blaccis †) pro remedio animae mostrae, per fidem, et dilectum nostrum *Benedictum tunc temporis Wajvodam* ‡‡) assignari facientes. Meta vero hujus terrae incipiens a fluvio Alt ubi finis est ejusdam Insulae, ascendit per paludem, quae vocatur *Eguerpatak*, usque fagos, quae dicuntur *Nogebik*, et in fine dictarum fagorum cadit in rivulum, qui dicitur *Arpas*, et exinde per eundem rivulum ascendit usque Alpes, et per Alpes veniens versus Australem plagam descendit in rivum, qui dicitur *Kerch*, et per eundem rivum venit in fluvium Alt, et hic terminatur. Ut autem hujus nostrae confirmationis series salva semper, et inconcussa permaneat, praesentem concessimus paginam, sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum per Manus Cleri aulae nostrae Cancellarii, et Agriensis Praepositi anno Dominicae Incarnationis MCCXXIII. Strigoniensi sede Vacante, Reverendo Ugrino Colocensi, Roberto Wespremiensi, Stephano Zagrabiensi, Thoma Agriensi, Briccio Vaciensi, Bartholomaeo Quinque ecclesiensi; *Rynaldo Ultrasylyvano* ‡‡‡) et aliis Eppis Ecclesias Dei gubernantibus. Jula Palatino,

*) Resindu.

**) *Villa Hermanni* est hodie *Cibinium*. Vide Eder in *Felmerum* p. 12. *Generatio Hermanni* occurrit ad a. 1277 apud Fejér T. VII. Vol. III. p. 81 et ad a. 1255 ibidem Tom. VII. Vol. IV. p. 113.

***) *Keresztény sziget*.

†) Valachis, i. e. *avulsam a terra Fogaras*.

‡‡) *Benedictus* anno 1202—1206 et 1208 fuit *Wajvoda Transsilvaniae*, ergo Andreae II. *Donationales* super hac terra exenta a Blaccis seu *avulsa a Terra Fogaras* expediri debebant pro *Kercz* inter annum 1205—1210, jam Michael et non Benedictus fuit *Wajvoda Transsilvaniae*.

‡‡‡) *Szeredai* ex hoc emendandus.

*) Hodie Michelsberg.

**) Quid sub *Borotnik* intelligendum sit? confer Schuller „Archiv“ I. Bd. II. Heft. p. 185, notam 54.

***) *Kerez*.

et Comite Budugiensi, Salomone Bano, *Nicolao Curiali Comite* Reginae, Comite Supruniensi. *Boez aulae nostrae Curiali Comite*, *) et Comite Bekesiensi, *Buzad Posoniensi*, Martino Musuniensi, Laurentio Ujváriensi, et aliis Comitibus comitatus tenentibus. Regni autem Nostri anno vigesimo.

PRIVILEGIALES STEPHANI V. REGIS

vi quarum

Willam Herbordi (Balásfalva) (et Zanchalteluky) Szancsal) Comiti Chyel, **) filio Ervyn de Calnuk possidendam relinquit. 1271.

Stephanus Dei Gratia Rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Lodomeriae, Cumanae, Bulgariaeque Rex. Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod cum *Chyel Comes*, filius *Ervyn de Calnuk*, ***) et Teel filius Ebl de Brussu †) cognatus ejusdem grata nobis semper, et laudabilia servitia in diversis Expeditionibus nostris, quas suo loco, et tempore nos facere oportuit, et specialiter in Castro *Feketeuholm* ††) cum omni fidelitate laudabiliter impendissent. Nos ob merita servitorum suorum contuleramus eidem Teel per se quandam terram, seu *Villam Herbordi* †††) *Wojvodae* videlicet inter duos fluvios *Keukullu*, ubi idem fluvii conjunguntur, adjacente, ††††) et alteram quandam terram *Zanchalteluky* ††††) vocatam vicinam, seu contiguam terrae, seu villae supradictae, sed postmodum idem Teel dictas terras ex nostra permissione, seu voluntate reliquit, et vendidit eidem Chyel Comiti cognato suo possidendas pleno jure. Nos igitur consideratis meritoriis servitiis ipsius Chyel Comi-

tis perditas Terras tum proeo, quod easdem dictus Chyel Comes ex ipsa permissione ab eodem Teel dinoscetur comparasse, cum etiam pro eo, quod easdem Terras etiam pro servitiis ipsius Chyel Comitis praefato Teel contuleramus, sicut superius est expressum, reliquimus, seu dimisimus eidem Chyel Comiti, et suis haeredibus, haeredumque suorum successoribus perpetuo possidendas sine Juris praejudicio alieni cum pertinentiis et utilitatibus suis, ac sub eisdem veteribus, et antiquis metis, sub quibus hae eadem terrae deguerunt. In cujus rei memoriam, firmitatemque, perpetuam praesentes eidem Chyel Comiti concedimus Literas *duplicis sigilli* Nri. munimine robatas. Datum per Manus Magistri *Benedicti Praepositi Brodiensis* Ecclesiae *aulae nostrae Vice Cancellarii* dilecti, et fidelis nostri anno ab Incarnatione Domini 1271. Regni autem nostri anno secundo.

L. S. (pendentis.)

Originale Budae in archivio Camerae Hungarico aulicae — Copia Vidimata in a. f. f. I. Miscell. Litt. A.

Edidit Fejér C. D. T. V. Vol. I. p. 135.

1277. *)

Ipsa Universitas (*Saxonum*) anno Domini **MCCLXXVII** in *Dominica reminiscere*, super eandem Ecclesiam (*Albensem*) Cathedram manu armata irruentes, ipsam hostiliter invaserunt, comburentes in eadem Ecclia bene ad duo millia hominum, utriusque sexus, et specialiter *Agapitum Archidiaconum eiusdem Ecclesiae*, *Michaelem Archidiaconum de Ozd*. *Bartholomeum Archidiaconum de Küküllő*, *Racha Plebanum*, et *Canonicum Albensem Transylnum*, et quam plures alios sacerdotes, et Clericos comburendo, et auferrando omnia ornamenta, *libros*, *instrumenta*, dictae Ecclesiae, et alia, quae dicta Ecclesia inibi habebat.“

Ex processu, quem jussu Capituli Albensis procurator ejusdem Magister Saulus *ADianus de Kraszna*, et *Canonicus Albensis*

*) Acestu documentu nu e strinsu nationalu, vedesce inşa reporturi *intrenationale* din nainte de 600 ani!

*) Nume curatu romanescu.

**) Citesc Cielu, care fusese romanu.

***) Non Kalnok, sed Kelnuk seu Kelnak.

†) I. e. Brasso.

††) I. e. Feketehalom.

†††) Comes Herbordi filius Ost. 1266 apud Fejér T. IV. Vol. III. p. 326 anno 1267 ibid p. 388.

††††) Iai situm est hodie Balásfalva, ergo auno 1271 nondum vocabax Balásfalva, verum villa Herbordi.

††††) Hodie Szancsal, sancelu.

Budae contra Saxones 1309 coram Cardinali gentili instituit, quive e Codice Vaticano exscriptus habetur in bibliotheca Albo-Carolinensi.

Fragmentum edidit Ios. Kemény notitia „archivi albensis“ I. p. 22.

Fejér C. D. T. VII. Vol. IV. p. 173.

UNELE TRASURI de'n vieti'a lui Q. Quintu Cincinnatu.

Acestu Romanu, in mediul imparecherilor si incordationilor, ce domnău intre Patricii si Plebei s'a destinsu singulariu pre'n prudentia, justitia si nobil'a simplicitate a moravurilor sale. Elu, dupoce vediu, ca fiul seu Cesonu persecutatu fiindu de ur'a Tribunilor, devui a desiertă Rom'a, de'n peruna cu sotia sa (muerea) Attilia s'a retrasu la bunulu seu celu micu, carele lu posiedea pe malulu de'n colo alu Tiberului. Acolo si-petreceea in pace si liniisce dilele vietiei ocupanduse unicu numai cu cultivarea agrului seu.

Inse Rom'a nu uitase a se reflectă ca catu ar puté unu asemene omu pentru binele de commun. Pentr'aceea in anulu urmatoriu in 294 dela fundarea Romei numai decatu s'a alesu de consule, pentrucă se restabitează ordinea si liniiscecea cea pericitata pre'n atatea desbinari. Legatii Senatului impartasira cu Cincinnatu acést'a scire noua, chiaru in momentulu, candu elu se afiá la lucrul campului, si nemica nulu-misca pre elu mai tare spre a se destină la acceptarea consulatului, decatu cercustările cele critice, in care se află amat'a sa patria.

Cincinnatu venindu in Rom'a, se aretă omu de statu precatu de priceputu, pre atatu si loialu. Pre'n prudent'a si just'a sa administratiune ordinea si liniiscecea numai decatu éra fura restaverite. — Inse de abia si — petrecuse anulu de Consulatu si se posté érasu a se re'ntorce la vieti'a sa ceea campenésca, pentrucă se porte, că si mai nainte — grija economiei sale. Elu si-dobendi respectu si consideratiune de'n partea tuturoror celor buni — (omeneti). —

Dupo doi ani Romanii invinsi de Equii éra au avutu devuintia de siervitiulu lui Cincinnatu; pentr'acea acumu se numise de Diptatore. — Legatii Senatului si astadata inco lu aflare conduceandu cornele plugului (ab aratro ad Dictaturam vocatus). Cata amore avú elu spre liniscea vietiei campanesci; amórea inse de patria i-fu cu multu mai mare. Primi functiunea de Dictatore, porni in contra enemicilor si repurtă o viptoria stralucita. — Conacetatiunii sei ar' si doritu se remana cu ei (in Rom'a); inse elu viet'a campéna o preferi celeia cetatiunesca. Dupo cinci deci dile de'n neastemparulu de a si vedé muerea si a si cultivá patrimoniulu, a depusu Dictatura, si érasu s'a intorsu la vieti'a singuratatei.

I. R.

CANELE SI MAGARUL.

Cu urechea pliostita, cu códa 'ntre picioare,
Canele, tristu si jalnicu, mergea pe o carare.
Dupa indestul umbletu, eata ca'l intilnesce

Unu magar, si'l opresce:
„Unde te duci ii dise?

Ce reu ti s'a 'ntimplatu? Stii parca te-a plóat,
Asia stai de mahnit.“

„Dar, suntu nemultumit.

La imperatulu leu in slujba m'am aflat:

Inse purtarea lui,
De e slobodu s'o spuiu,

M'a silitu insfirsitu, se fugu, se'l peresescu,

Acumu cautu altu stepen; bunu undu se'l gasescru?“

— „Numai d'atatu te plengi, magarulu intreba?

Stepenulu 'lai gasit, ilu vedi, de fatia sta.

Vino numai de catu la mine sa te bagi:

Eu iti fagaduescu,

Nu reu sa te hranescu:

Nimicu n'o sa lucredi, nici grija n'o sa tragi.“

La propunerea sa, cainele 'ia respunsu:

„Ascultame sa'l spuiu: e reu a si supusu

La ori care tiranu; daru sluga la magaru,

E mai umilitoru, si inca mai amaru.“

G. Alessandrescu.